dioli ſic dicit. Inſuper ex hoc quod dixi in conceſſo. 8. ꝙ fratres virtute indultorũ, nõ poſſunt à quibuſdam [quas ibi expreſſi] diſ penſare irregularitatibus, quia nonnullis contrarium videtur. Hoc dubium etiam ſol uant ipſi. R. P. Prouinciales, & eorum ſte-tur determinationi, & non meę, licet credã me verè in hoc opinari. Quandoquidem in his omnibus, quę hic ſcripſi, loquutus ſum, ſecundum id quod mihi dictat conſciẽ tia. Omnia tamen Pręlatorum meorum, & õnium melius ſentientium correctioni ſub mittens. Tantum in omnibus veritas àquo cunq; fuerit inuẽta, vincat. Quoniam om nes eam inuocant, & cũ inventa fuerit, eius auctori pręcipuo, & vnico; cum gratiarum actione dicamus omnes; benedictus Deus veritatis. Recurrant igitur fratres in omni bus dubiis [ſiue circa indulta, ſiue circa a-lia ad ſuas ſpectantia conſcientias] contin-gentibus ad. R. P. Prouinciales ſuos, & eo-rum ſtent determinationi, quam ſecurè am plexentur. Et immo quicquid ex omnibus his, quę in hoc ſcripſi compendiolo appro-bauerint, vel reprobauerint in toto, vel in parte, poſſunt eorum ſubditi illud ſecure ſę